

folito eadem prerogativa fungantur, qua gaudet ipse Magister, ne possint per viam violentiæ, ad Senatam trahi, exemplo res fuit manifestæ, nempe, in casu supra dicto, vel quando scholaris extra Salmantinam Universitatem degit, & ibi deliquit, accusatur coram Cancellaria, vel Regia audientia, vel alio iudice, Magister scholarum emittit inhibitionem, vel supplicatoriam cum comminatione censorum, & ut ad eam respondeat Procurator Regius fiscalis, vel iudex, commodius solet dictus Magister delegare causam super illa exceptione declinatoria, alicui in illo eodem loco, ut declarat, an gaudere debeat scholaris privilegio, vel non, iudicibus; & tribunali imponat censuras, & interdicta; nunc quero igitur, an si iudex à declaratione, & interdicto appellaverit, & protestatus esset auxilium Regium hoc, an eo tunc possit, & sic an causæ huiusmodi iudicis delegati possint trahi ad Cancellariam per viam violentiæ, quæstio est à nemine tacta, videtur quod sic: Primum, quoniam quando causæ committuntur alicui cum clausula, recursu, vel appellatione remota, si eam subdelegaverit, nihilominus à subdelegati pronuntiatione, sententia vel gravamine licet appellare, & habet pars ipsa gravata recursum, licet à delegantis sententia vel gravamine nullum haberet: text. est in c. super quæstio. §. nos autem, de off. & potest. iud. delegat. ergo licet per d. l. 18. Magistro scholarum hæc sit attributa potestas, ut ab eorum violentiis, & gravaminibus non habeatur recursus ad regalia, & suprema tribunalia per viam violentiæ, non debet hæc ipsa ad delegatos transferri, & transmitti.

51 Contrarium tamen de jure verius existimo, eo fortissimo fundamento, quoniam quando in causa ex natura sua, & sui jure communi est executibilis, & non appellabilis; tunc in quemcumque delegatum cum illa qualitate transit, quia qualitas rei non alteratur ex persona successoris; text. est in l. 2. §. ex his, ff. de verb. oblig. quia omnis res transit cum sua causâ, & qualitas quæ inhæret rei, transit cum ea in quemcumque successorem l. Imperatores, ff. de vestig. & commiss. iuxta quam doctrinam intelligenda sunt quæ Abb. in c. signifi. n. 25. circa med. de for. compet. & in c. u. n. in veteri. de electio. tradidit, quod delegatus debet cognoscere de causa eo modo, & forma, qua fuisse cognita, si facta non esset delegatio sed apud delegantem retenta; nam si sententia quæ meretur executionem, alicui committatur, vel delegetur, minime ab hoc delegato appellatur, quemadmodum nec possit ab ipso delegato, l. ab executio. c. de appell. ab executio. ff. de qua hoc provenit ex natura rei committit, à qua non datur appellatio, nisi in certis, & limitatis causis in d. j. iuris expressis. Sed his causis scholasticorum (de quibus agimus) ea sua propria natura, eo quod à jure illa est qualis inuenta, ut pro eorum violentiis ad

53 suprema tribunalia non eatur, non propter ipsos Magistrorum scholarum, sed propter ipsos scholasticos tantum & universitatem ut probatur expressè in d. l. 18. 1. Que nos place, por hazer favor a la dicha universidad, y personas della, & iterum ibi: non mandis sobre leer la dicha execucion, ni traber ante vos los procesos como se suele hazer en las otras suerças, & c. in eadem in §. 1. ideo dicit, concedi debere privilegium; quia aliter: Los estudiantes del dicho studio dexan de estudiar y los Doctores de leer y Catedraticos sus Catedras por ir a poner recaudo en sus Pleitos, y causas, & c. bonus text. in l. 4. Cod. de silenti. aub. habita, Cod. ne fil. pro pat. & Innoc. VIII. in sua conservatoria, f. 171. inter constitutiones Salmantinas, Rebuff. privi. 83. ergo cum hoc privilegium ipsis scholaribus tantum absque alterius contemplatione sit concessum, & ipsi sunt qui litigant coram delegato: ergo coram ipso durare debet, arg. c. cum persona, de §. 4. privi. in 6. quia cum adhuc duret causa privilegii, cum ea debet negotium ad delegatum transire, l. si convenit, §. si fundus, ibi: Maneat causam pignoris con-

stitit, quia cum sua causâ fundus transeat ff. de pignor. actio. durat enim non autem cessat ratio finalis ipsius leg. arg. cap. cum cessante, de appella. l. adigere, §. quamvis, de jur. part. l. 1. §. huius rei, de off. ejus. cui mandata est jur. l. quod dictum, ff. de pact. cum aliis. Ad argumentum autem respondetur; quod procedit in provisione, & dispositione hominis, non legis, quod passim, ac frequenter solet variari, mutari, & alterari, & pro comprobatione hujus difficultatis, & resolutionis, vide quæ latissimè in similibus terminis multis dictis comprobantes congregimus infra, 3. parte, cap. 11. per totum, quæ omnino hic conducunt.

Aliud tamen obiter animadvertere libet, quod quando hi iudices decernunt censuras, vel interdictum contra auditores alicujus tribunalis supremi, vel alii etiam quilibet iudices Ecclesiastici pro eo, quod scholasticum vel qui se clericum, dicit, idem tribunal detinet, negatque relaxandum, à quibus censuris, & interdicto Regius fiscalis ipse audientia, vel Cancellaria defensor jurisdictionis regalis, appellet, & protestetur auxilium violentiæ, praxis obtinuit, & obtinebit, ipsum idem tribunal cognoscere de hac eadem vi, si sub ejus districtu est iudex Ecclesiasticus, qui idem excommunicavit, vel interdixit, sin autem, id est, non sit sub ejus districtu, pato recurrendum esse ex parte fiscalis, ad id tribunal, sub cujus districtu iudex deget, juxta l. 39. tit. 5. l. 2. nove recopil. fol. 64.

Hactenus de his causis, & negotiis, quæ reperiuntur absolute prohibita, protracti ad suprema prætoria per viam violentiæ, atque in eis à principio denegatur provisiones ordinariæ, prout videre ex iis quæ hæcenus dicta sunt.

Aliæ autem sunt causæ, quæ non absolute sunt prohibite (ut diximus ad princ. hujus §.) sed deficiente 56 interloquutoria, quæ nec habet vim diffinitivæ nec continet damnum irreparabile, nec præjudicium parat causæ principali, de quo in l. 38. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: Para que no otorguen las apelaciones de autos interlocutorios y estos en grande agravió de las partes, y se impide la vista de otros muchos negocios, mandamos a los Presidentes, y Oydores de las dichas Audiencias, que de aqui adelante no libren cartas para traher por via de fuerça procesos algunos Ecclesiasticos de autos interlocutorios, salvo si fueren tales, que tengan fuerça de definitiva, y que en ella no se pueda reparar.

Et cum difficile sit propter varietatem, & intricationem causarum, in quarum discursu rei natura & qualitas alterari assollet docere de huiusmodi qualitate, quâ fundatur Regia potestas, nec aliter directè, nec indirectè, possit constare legitime, quàm per ipsorum actuum inspectionem; ideo necesse est, ut acta exportentur ad tribunalia, ut inde deducatur, an fit appellatum à sententia, aliquam ex dictis qualitatibus habente, prout aliàs videmus etiam in jurisdictionalibus, ubi qualitas attribuens jurisdictionem, prius debet constare, l. 2. §. sed si dubitatur ff. de jud. l. si qui aliena, eodem tit. l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in summe publico, l. prætor, §. docere, ff. de bonorum rapio, B. in l. mulum, ff. de condit. & dem. & in l. si finita, §. Julianus, ff. de damn. infecto, Paris. de syndicat. §. iudices puras, col. 3. ver. scilicet iudice tempor. n. 13. cum aliis relatis ab Andrea Gaill. in tract. de pace pub. c. 13. n. 12. & seq. libr. 1. plurima notanda in proposito congerit Fari. in tract. crim. tit. de inquis. qu. 8. nu. 85. & seq. qu. 1. n. 87. & n. 10. à n. 26. & maxime ubi non auditur contradictio, nec in contrarium allegatio, ut hic, de quo latè Fari. ibi, Mart. de jur. 4. p. cent. 2. caf. 129. à n. 20. fol. 225. & casti. 145. n. 3. 4. & 8. quæ processus adducto cognoscitur, & inspicitur in Senatu natura, & qualitas appellacionis verè, & evidenter, & secundum eandem decernere solent, vel deferre jubere, vel in totum remittere, & ita communiter prædicatur dicta

dicta lex Regia 37. quia stylus, & usus optimus est legum interpres.

CAPUT III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem suæ iudex jurisdictioni imponit, vel aliter expirarit, ita ut ea penitus ad reponendum careat, vel quando post gravamen illatum iudex abiit, vel obiit: quemadmodum supremus Senatus per viam violentiæ aditus, consulere queat.

SUMMARIUM.

1. A declaratione iudicis se non iudicem declarantis, vel se inhibentis, legitime appellatur, & Senatus Regius appellacioni deferendum decernit, vel tertium genus decreti expedit, & ibi exemplum.
2. Iudex Ecclesiasticus provisioni Regiæ sibi inimata respondens, jurisdictione, carere, ut pluribus casibus ibi relatis; quid faciendum, ne inane sit decretum Regium.
3. Iudex referens appellacioni alias non legitime, seu non deferende, abdicat à se omnimodam jurisdictionem.
4. Iudex inhibitus ad inhibitionem superioris, vel se inhibens, caret jurisdictione, nec aliquid decernit in sententia executione, etiam privilegiata.
5. Et idem in iudice se declarante non iudicem remisso.
6. Iudex qui functus est officio suo, non potest se in causa intromittere.
7. Repositio actorum, seu alii actus jurisdictionales geri non possunt ab alio, quàm à iudice non privato, seu jurisdictione carente. Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, ibid.
8. Solemnitas qua requiritur in construendo, requiritur in destruendo, ibidem.
9. Valet argumentum de contractu ad distractum, ibid.
10. Iudex Ecclesiasticus non debet altrungi per provisionem Regiam ad faciendum id, quod sibi iure prohibitum est.
11. Revocare, & reponere attentata appellatione pendente pertinet ad iudicem ad quem, non ad alium.
12. Secunda iustitia, vulgo lobte carta, decernitur in Senatu contra iudices Ecclesiasticos volentes evitare repositionem actorum respondentes provisionibus Regiis non posse attentata revocare, quia carent jurisdictione.
13. Jurisdictioni necessaria non est ad effectum reponendi attentata.
14. Iudex procedens juris ordine non servato reputatur privata persona, & sine jurisdictione.
15. Quo de facto fuerit à iudice, de facto per eum revocari jus est.
16. Iudex qui permisso juris ordine, & sine citatione possessionem abstulit, poterit de facto eam revocare. Iudex facilis in concedendo, ita debet esse in reponendo, ibidem.
17. Iudex qui tenuitatem, & possessionem abstulit alicui non citato; illam eidem restitui potest, nec sibi obiit quòd officio suo functus sit.
18. Iudex revocando possessionem nulliter datam procedit tanquam persona privata, & presumitur facere modò, quo facere potest.
19. Jurisdictioni non requiritur ad revocandum ea, que de facto sunt à iudice.
20. Attentata licet regulariter ad iudicem ad quem revocare pertineat, tamen, potest etiam iudex à quo attentata post appellationem à seipso revocare. Attentatum à parte, & attentati à iudice à pari procedunt ad hoc, ut iudex attentans possit revocare, ibid.

19. Libera facultas cõceditur à iure iudici à quo ad revocandum attentata cum sit ad faciorem causam exitum.
20. Et 21. Interlocutoriam executioni mandata non revocatur, nisi nulla sit, nam tunc revocatur, & executionem reponit.
22. Propositionibus Regiis quotidie iubetur iudici Ecclesiastico vim inferenti, appellacioni deferre, & attentata commnia reponere per scriptum, ipseque reponit cum effectu.
23. Violentiarum cognitio inanis esset, si iudex, qui attentavit, non possit reponere attentatum, prout sibi iubetur à Senatu.
24. Iudex Ecclesiasticus ad reponendum non eget jurisdictione, & ideo contra eum secunda iustitia, vulgo lobte carta expedienda, ad reponendum cum effectu, ibid.
25. Executor, vel alius iudex delegatus Pontificis seu Nuntii ad aliquam causam si attentat, & dum pars gravata accedit ad Senatam, abiit in longinquo secum acta processus asportando: pars gravata debet occurrere ad superiorum iudicem ipsius gravantis, n. 24. & non ad Senatam.
26. Acta processus sunt necessaria, ut violentia in Senatu delegatur.
27. & 29. Violentia, seu iniquitas iudicis allegata in procedendo ex actis ad eo gestis constare debet.
28. Defectu processus ex actis eius constare debet.
29. Princeps, & eius Regia tribunalia in levanda vi illata à iudice Ecclesiastico, sine jurisdictione, & extrajudicialiter procedunt, & ideo recipere testes, vel alia judicialia facere absonum esset, d. l. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. explicatur in illis verbis, et procello originalmente, el qual trahido sin dilacion, & c. ib.
30. Absolutus absolutus importat conditionem, & formam sine qua non habet locum dispositio. Processu originali non adducto, non cognoscitur de violentia in Senatu, ibid.
31. Dicitio, si, in dispositione apposta, illam reddit conditionalem, qua deficiente non verificatur dispositio.
32. Lex requiritur aliquod genus, seu modum probationis in aliquo actu, debet adimpleri specificè, & aliter probari nullo modo potest.
33. Lex, seu statutum potest occurrere aliqua utilitate, aut evidente causa, ut hic facere ut probatio valida, & perfecta in aliquo actu, sit invalida & imperfecta.
34. Lex, vel statutum factum ab publicam utilitatem si requirit certum genus probationis, non admittitur, alia probatio simul cum requisita.
35. Senatores abstinere debent à violentia, & cognitione, cum ex defectu processus sibi apparere non possit, cum nihil certum decernere possint.
36. Lex absentis, ff. de pœnis, declaratur, ibid.
37. Cognitio violentia processu originali adducto ad tribunal Regium rectè procedit, & decretum tribunalis prout ex actis adductis colligitur.
38. Decretum expeditum in Senatu in causa violentia quemodò exequendum, si iudex Ecclesiasticus, contra quem datum est, abstulit, remissivo.
39. Notarius apud quem adsum acta gesta per iudicem Ecclesiasticum contra quem violentia iniuncta est in Senatu, etiam absentem, compellendus est ad exhibenda.
40. Tabellio debet registris, seu protocollo instrumetorum actuum judicialium, & extrajudicialium securè tenere, & non potest tradere partibus nisi iudicis præcepto.
41. Regium tribunal quemadmodum se habere possit ad executionem decreti violentiæ lati contra iudicem Ecclesiasticum post gravamen illatum absentem & abentem.
42. D. l. 36. tit. 5. lib. 2. recap. ponderatur in illis verbis, provean que el tal juez la otorgue, & c.
43. Iudex Ecclesiastico vim inferente mortuo ante repositionem, an evanescente decretum violentiæ debeat, cum ipse sit gravans & attentans, & contra eum oppressus in Senatu querelam abstulit, & decretum contra eum dirigitur. H 4 Morie

43 Morte omnia cessare debent, cum culpa sit extincta. Decretum Regii tribunalis an intelligatur cum iudice subrogato, & successore in tribunalis, & jurisdictione iudicis vim inferentis: & ad delationem appellationis, & repositionem attentatorum cogi possit ipse subrogatus, vel successor virtute dicti decreti, ibid.

44 Alia est vis defuncti, alia violentia successoris, adeo ut sententia lata contra defunctum pro violentia ab eo alata non exequatur contra successorem, & heredem. Aliud est factum defuncti, aliud factum successoris, ibid.

45 Subrogatus non sapit naturam praedecessoris, quando militat diversa ratio in subrogato, & in eo, in cuius locum subrogatur.

46 Facinus suos habet auctores, quos poena nullo modo egrediatur.

Violentia facinus continet, ibid.

47 Violentia lata laedunt majestatis iudicis, & superioris.

48 Contra illum iudicem per viam quarelae agitur, quia factum auctorem comitatur.

49 Poena iudicis est attentatorum repositio.

Resignatarius non tenetur purgare attentata facta a praedecessore resignante, quia ille in nullo deliquit, ibid.

50 Subrogatus non sapit naturam principalis, nec sit extensus ad illum, qui verè non sit talis, sed sibi & representativo tantum in paucibus, & odiosis.

51 Casus poenales non recipiunt interpretationem extensivam seu similitudinariam.

52 Decretum violentiam non cantans de iudice subrogato, vel successore eius, qui vim intulit, an exequatur contra eum.

53 Iudex successor in jurisdictione, seu tribunalis iudicis vim inferentis omnino tenetur provisionem Regii Senatus adimplere, & attentata a suo praedecessore, reponere cum effectu, & appellations deferre.

54 Eadem res esse censetur, quantumcumque circa ipsam materiam aliqua commutatio contigerit.

55 Si plures dati sint iudices in aliqua causa, & postea aliqui, vel etiam omnes immutati fuerint, nihilominus eadem dicitur causa.

56 Mutatio iudicis eadem non diversam jurisdictionem, eademmet causa, idemque iudicium, & idem tribunal.

57 Mutatione, & ratione personarum, qualitatis, vel accidentis non mutatur res ut de Civitate, Collegio, Ecclesia, dignitate & prebenda, circa declarationem l. proponebatur, de iudiciis.

58 Iudex successor in jurisdictione, & tribunalis alterius idem reputatur ac praedecessor cum in eius locum subrogatur, & potest idem facere, quod poterat ille, cuius loco fuit subrogatus.

59 Terminis, & temporibus praescriptis primo iudici ad causam determinandam, eadem censentur praescripta successoribus, & subrogato.

60 Iudex non tanquam persona privata consideratur, sed tanquam minister iustitiae, quam gerit, & administrat dignitatis, & tribunalis, quod representat, quisquis sit etiam in infinitum.

61 Quantumvis in appellatione requiratur expressio nominis iudicis a quo; tamen satis est, ut contineat nomen dignitatis iudicis prout est appellatio ab Auditore Camera, &c.

In appellatione licet requiratur expressio nominis iudicis ad quem, tamen sufficit nomen dignitatis exprimeri, ut in exemplo, ibid.

62 Dignitas, & tribunal, cum jurisdictione coheret, potius attendi debet, quam persona administratoris.

63 Iudex datus loco demortui illum non representat, sed tantum dignitatem, quae est corpus quoddam factum, quod comprehendit subiecta tanquam membra illius corporis facti.

64 Quandiu superest forma corporis facti, semper censentur idem corpus, licet partes mutentur.

65 Tutor vel Curator minoris datus in loco demortui Tutoris, vel Procuratoris non gerit vices demortui, nec eius personam representat, sed duntaxat pupillum, aut dominum constituentem Procuratorem.

66 Iudex praedecessor, & successor quavis diversi sint personarum respectu, eo tamen habito ad dignitatem, & administrationem, & coequalitatem potestatis, verè idem sunt, n. 66.

67 Iudex successor verè idem iudex ac praedecessor reputatur, praecipue quando iudex accipitur pro jurisdictione, vel tribunali.

68 Iudex successor potest taxare expensas reservatas taxari in sententia praedecessoris.

Iudex successor potest sententiam dubiam praedecessoris interpretari, ibid.

69 Statutum a decurionibus editum, ab eorum successoribus, vel à populo est declarandum.

70 Jus declarandi, seu interpretandi ad heredem, & successorem non transit, cum ex arbitrio disponentis pendeat.

Jus concedit facultatem declarandi successoribus in officio vel jurisdictione, ibid.

71 Iudex successor, vel aliter loco alterius datus, causam assumit in eodem statu, eamque determinat ex eisdem actis.

72 Iudex successor procedit eo modo, quo & praedecessor procedit.

73 Acta facta coram uno iudice, fidem faciunt coram alio, si sit successor in eodem tribunali.

74 Acta facta in uno iudicio in casibus, quibus probant in alio, intelligi debet si reproducantur.

75 Actorum reproductio non requiritur coram iudice subrogato, seu successore, sed visio duntaxat ipsorum actorum.

76 Acta coram uno arbitro gesta probant coram successore in quem partes compromiserunt, quando acta sunt publica, & actum respiciunt.

77 Executor successori perficit executionem, quam inceptam reliquit praedecessor.

Decima, seu emolumentum executionis cui executori debeatur, successoribus, aut praedecessori executionem incipientibus, ibid.

78 Iudex successor vel in alterius locum subrogatur, potest ea omnia facere, quae poterat illius praedecessor.

79 Iudex successor ordinarius potest in integrum restituere contra factum sui praedecessoris.

80 Iudex successor potest absolvere ab excommunicatione decreta per praedecessorem.

81 & 84. Iudex praedecessor potest reponere attentata a se gesta, & eodem modo successor.

82 Iudex a quo in casibus, quibus reponit attentata a se, vel alio facta, poterit idem successor.

83 Non solum iudex cuius fuit laesa majestas, revocat attentata; sed etiam eius successor, & subrogatus, cum laesa dicta non persona, sed dignitati (quae nunquam moritur) coheret.

Quod amplius, sive subrogatus sit expressè ab homine sive tacite à jure, ibid.

85 Successor in beneficio per resignationem tenetur purgare attentata per praedecessorem resignantem.

Attentatis non purgatis per successorem in beneficio per resignationem attentatis, non est procedendum in causa, ibidem.

86 Praeceptum impositum a priori, ut tali, & ratione officii, impositum est, & successoribus taliter, quod tenetur adimplere.

Iudice ab officio remoto, poterit successor eius attentata revocare ex suo mero officio, ibid.

87 Episcopus debet adimplere mandatum factum praedecessori sub nomine dignitatis.

88 Et idem in excoctore.

89 Successor tenetur exequi mandatum factum per Papam suo praedecessori.

Literas

90 Literas directas Episcopi praedecessori mortuo sub nomine dignitatis, & habito respectu ad officium, tenetur exequi successor.

91 Successor, vel novus executor potest exequi mandatum sui praedecessoris sine novo mandato.

L. d. 36. recopilat. declaratur, ibid. n. 93. & 95. in illis verbis, provean que el tal juez la otorgue, &c.

92 Ad ea quae frequentius accidunt, jura adaptantur. Tristes eventus non sunt in consideranda, ibid.

94 Violentia cognitio in procedendo est extraordinaria, & irregularis, pariter & ejus executio.

96 Iudex vim inferens mortuus, impossibile est, ut reponere queat.

Causis omnis juris dispositioni relinquitur, ibid.

97 Sententia, qua non potest secundum ejus tenorem exequi propter maximam difficultatem, aut interdum impossibilitatem, exequi debet eo modo, quo potest, ne iudicium reddatur illusorium.

98 Condemnatus, ut conservet indemnem Titium ab obligatione si interim extinguatur obligatio, quia compulsus Titius solvit; debet Titius ipse relaxari indemnis si sibi restituerit solutum, quavis hoc non contineatur in sententia.

99 Condemnatus ad tradendum debitori instrumentum debiti, si non reperitur, cogitur creditor eadem sententia debitori liberare.

100 Verba adaptantur implicitè.

101 Sententia continens re, vel animal, vel quid simile, si propter interitum non possit exequi in ipsa re, vel animali; exequitur in alia re coequali, aut aequivalenti.

102 Attentatorum repositio, seu revocatio est actus favorabilis & privilegiatus.

103 Cognitio violentiae est remedium favorabile, & charitativum subsidium, quo agitur de vi oppressos liberando.

Extensio fit ad subrogatos in causis favorabilibus, ibid.

104 Executor sententiae poenalis non participat de illius poena sed honore, & potest ut iudicis superioris.

105 Senatus Regius non se introumit in exequenda poena apposita iudici pro attentatis a se factis.

106 Poena non transit in successorem, vel heredem; sed tantum damnorum satisfactio de eo quod ad heredem pervenit.

107 Attentatum a iudice est qualitas, qua liti inhaeret, ab eaque dependet, sine quo attentata non dantur.

108 Subrogatus ad litem potest dicere de attentatis, quem admodum ejus praedecessor.

109 Alia est possessio defuncti, alia heredis, in quem licet omnia jura transeant, non tamen possessio.

Possessio heredis est nova possessio, & non continuata cum possessione defuncti, ibid.

110 Possessio jurisdictionis tribunalis, Ecclesiae universitatis, & populi, non finitur morte possessoris; sed in successione continuatur, cum persona facta possideat.

111 Successor administrationis non accipit novam possessionem re: ut universitatis.

112 & 117. Possessio rerum Ecclesiae non vacat, mortuo Prelato.

113 Possessio Ecclesiae in Ecclesia continuatur etiam mortuo Prelato; & dicitur simul cum occupatore possidere, & esse in summario possessore, nec attendat Ecclesia possidendo.

114 Prelatus Ecclesiae non succedit tanquam Dominus, sed tanquam Procurator Ecclesiae.

115 Possessio juris patronatus copetens alicui ratione dignitatis, villae, castri, majoratus, aut Ecclesiae, retinetur per ipsam dignitatem villam, castrum, majoratū, aut Ecclesiam, etiam mortuo Prelato, & administratore.

116 Novus possessor castri, villae, seu majoratus, ratione cuius competit jus presentandi, licet nunquam presentaverit potest presentare.

Possessio juris presentandi continuatur in successore dignitatis

castri, villae, vel comitatus, seu majoratus sine nova apprehensione, ibid.

118 Successor singularis iudicis attentatis reponit attentata.

119 Sententia facta contractus non comprehendit non nominatos in ea, ibid.

Provisio regalis Senatus in causa violentiae directae iudicis comprehendit successorem non nominatum in ea, ibid.

120 Et ipsi inimata tenetur reponere, aliis secunda iussio vulgo sibre carta contra eum decernitur.

121 Collega iudicis mortui vel absentis, si procedere non valeat (mediante clausula rescripti) occurrit pars gravata ad superiorem, ut alius iudex loco mortui subrogatur, eique intimari debet provisio Regia, ut attentata reponat, numero 122. & 123.

124 Subrogatoria commissio dicitur, cum alius iudex in locum demortui impeditur, vel absentis subrogatur, teneturque causam in eodem statu manentem prosequi.

125 Subrogatoria commissio frequenter datur, animadverti tamen debere an in corpore includatur clausula alterans primum statum liti, quia tunc nova citatio erit necessaria.

P. Edificilem hujus capituli materiam, tot doctissimis viris ejus resolutionem incognitam, summis difficultatibus involutam, accurate adeo tractare intendo: ut deinceps, dubitatio omnis penitus amputetur. Et circa priorem ejus partem attendendum est, sapientissime contingere, ut iudex executor executorialium, seu alicujus Brevis Cameralis, puta; admittendum aliquem in possessionem alicujus beneficii, id exequitur (juris ordine praetermissio) vel abique citatione possidentis beneficium, qui postmodum comparens suas allegat legitimas exceptiones, & ab omni ejus processu; & à non reponenda executione appellat, ipse autem iudex vel ipsi appellationi, vel provisioni Regiae respondet, se factum esse suo officio, & ad reponendum jurisdictionem carere. Vel etiam aliter hoc contingere potest: iudex sive ordinarius, sive delegatus (lata sententia diffinitiva, vel interlocutoria) appellationi iusta, & legitime interposita (prout debebat) detulit; & insuper, vel minatur, vel vult exquiri, aut de facto exequitur, eandem sententiam: Supremus Senatus aditus per viam violentiae declarat; vim facere, quod deferat, & reponat: iudex autem Regiae provisioni respondet, se carere jurisdictione, cum illam à se omnimodam per delationem abdicaverat, ac ideo reponere executionem non possit. Vel alio etiam casu reddi potest exemplum: Iudex Ecclesiasticus declaravit se non iudicem, & insuper ad executionem processit, aut dedit se pro inhibito, à qua delatione, ut legitime appellationi emissae supremis Senatus defendendum decrevit, & respondendum. Vel (ut frequentius accidit) hoc casu tertium genus decreti expeditur, nempe iudicem reassumendo iterum jurisdictionem, & reponendo attentata, vim nullam facere: non deferentem autem eidem appellationi, nec reassumendo jurisdictionem, vim facere, deferat, & reponat, &c. ipse autem iudex se jurisdictionem carere ad reponendum respondet Regiae provisioni sibi intimatae. Quibus quidem casibus, & multis aliis similibus, in quibus reddi possunt exempla, inanis, inutilis, & sine effectu videtur remanere Regia cognitio, & decretum violentiae, cum ad effectum perduci non possit apparet. Siquidem in dictis casibus fortis est, & efficax reputatur a jure iudicis responso, iureque conclusis; etenim per delationem appellationis etiam aliis non legitima, & non deferenda, omnimodam à se iudex abdicat jurisdictionem, & in superiorem transfert: text. est in cap. cum appellat. frivolis, de appell. lib. 6. Philip. Franc. cap. Romana. §. in autem, num. 5. de appellat. lib. 6. Carreus in praedictis criminis.

erimin. i. p. 2. verbo & si non confitebuntur, n. 66. Aufre- rous in addito ad capell. I. bolosa. decis. 176. a. medium. Roland. a Valle consilio 77. viso, num. 1. & frequentibus lib. 2. Antonius Gomez variat. resolut. lib. 3. cap. 13. Ozafcus decis. Pedemon. 131. n. 10. Parisius consil. 106. a. num. 5. & a. num. 24. lib. 4. Prosperus Farin. in pract. crimin. quest. 101. num. 106. tom. 3. de quo latius egi- mus in lib. 3. cap. 19. circa appellationem a delatione, a principio.

lib. 3. recopil. Mexia super l. Tolet. sordana. 2. p. 11. n. 34. & sequentibus, fol. 106. ultra infinito penes, quos in unum congregandos videndos infra, 4. p. c. 4. post princ. a. n. 18. cum sequentibus; ergo ut privata persona debe- bit reponere, nec iudicatio necessaria est.

revocat, & reponit executionem iudex a quo quantum- vis jurisdictione catuerit, prout loquendo in iudice legitime inhibito, probant Philip. Franc. in c. cum cessante. n. 17. vers. amplius intellige, de appellat. Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. limi. 1. iud. n. 22. vers. etiam intellige; fol. 358. Scaccia de appell. quest. 17. limi. 47. membro 1. num. 72. prout alias etiam regulare est, ut iudex licet non possit executam interlocutoriam reponere; tamen, si nulla est, potest. Scaccia ubi proxime, n. 69. Lancelot. n. 21. Hostiens. in cap. cum cessante. & Cardinalis Ale- xand. n. 40. fall. 10. de appellat. Felin. in cap. qualiter & quando, el. 1. fallen. 4. sub num. 24. de accusat. quod in attentatis verificatur, cum sint nulla.

22 Quod etiam & nos quotidie practicum videmus in omnibus Regii provisionibus, in quibus iudici Ec- clesiastico vim inferentem iubeatur appellacioni deferre, & attentata omnia reponere: nam ipse statim sibi in- timata provisione, verbaliter desert, & nihilominus postea cum effectu tenent attentata, prout tenetur or- dine literarum appetit; foret enim absurdum, si delatio illi repositionem impediret, & foret penitus inanis vio- lentiarum cognitio, & provisio decreti, cum nullum effectum sortiri potuisset, quibus quidem satisfactum remanet rationibus, & difficultatibus in contrarium adductis: & illis minime obstantibus nervose affirman- dum est, ut iudex Ecclesiasticus ad reponendum iurisdic- tione non egeat, & secunda iustio contra expedienda est, ut cum effectu reponat.

23 In secunda autem capituli parte, nempe, quando iudex post gravamen illatum abiit, minor est difficultas, id quod considerandum venit, nam quandoque iudex executor, vel alius a Romana Curia, vel Reverendis- simo Nuntio Sedis Apostolicæ ad remotas partes ac- cedit, ad aliquod exequendum, aut de aliquo alio cog- noscendum, & similibus, & postquam inordinatè at- tentando, gravamen parti intulit, interim dum ad Regium tribunal pro protectione accedit gravatus, iudex abiit secum acta processus asportando, tunc igitur affirmandum erit, ut solus superior Ecclesiasticus pro gravaminis repositione audeamus sit, Senatus quippe Regius non potest, parti gravata hoc casu in ali- quo relevare, & consilere, cum acta processus desi- ciant: sunt etenim omnino necessaria, ut violentia, de qua queritur, detegatur, probat l. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: Y si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer a las dichas nuestras audiencias el proceso Ecclesia- stico originalmente, &c. & insuper probatur, quia ubi iudicis iniquitas, & violentia in procedendo arguitur, ex actis ab eo gestis non aliter constare debet, latè post alios Menoch. de arbit. lib. 1. qu. 72. prout & generale est de quolibet defectu processus, qui per ejus inspectio- nem debet apparere, Vantius de nullitate sententia, tit. 8. a quo, & quibus modis, a num. 18. & infra a num. 12. de quo nos latè.

24 Deinde quia non qualibet probatio sufficit hoc casu, nam cum supra tribunalia tractent de levanda violentia notoria, requiruntur acta, cum hæc noto- rietas aliter, quam ex actis inter perfectos apparere non possit, latè diximus cap. precedenti, & num. 95. cum sequentibus, & a num. 129. & sequentibus, latius etiam diximus infra, 4. p. c. 3. a. n. 167. & supra, cum Princeps (prout notum diximus supra, cap. 1.) hoc casu absque jurisdictione procedat, non judicialiter sed extra- judicialiter tantum testes recipere, foret absolum, & rei, de qua queritur, imperitiosus & imperfectum; insuper si attentus d. l. 36. recopil. legamus, eam ferè expressam invenimus huic casu, inquit autem: Y si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer a las dichas nuestras audiencias el proceso originalmente Ecclesiastico, el qual traido en dilacion lo vean, y si por les constare, que la appellacion esla legitimamente interpue- sta, quando la fueren, provean que el tal juez la otorgue.

25 Et si per el dicho processo pareciere; la dicha appel- lacion no ser, &c. Ex quibus verbis nonnulla præciò ponderanda sunt, & in primis: el qual traido, &c. Quod est ablativus absolutus, qui importat condicio- nem, & formam sine qua non habet locum dispositio. l. ab emptione, ff. de pactis, Levittis, ff. de evicitione, l. a testa- tore, ff. de conditio, & demonst. Pedem. decis. 165. n. 12. Ro- land. a Valle consil. 30. nu. 12. vol. 4. Surd. decisio 268. n. 11. & decis. 331. n. 11. ita ut processu originali non adducto non cognoscatur de violentia.

26 Et ulterius magis clarè colligitur ex aliis verbis: ibi: Y si por el les constare, & iterum, Y si por el dicho pro- cesso pareciere, &c. ita ut sentus, quòd si non consti- terit ex dicto processu originali, nihil decerni posse, quavis aliter queat apparere, nam dictio, si in dispo- sitione apposita, illam reddit conditionalem, qua defi- ciente non verificatur dispositio: iura sunt expressa, l. in conditionalibus, 19. in princ. & s. hac scriptura. l. multu interest, 21. l. hac scriptura. 26. l. hac conditio. 29. l. filia sua, l. filiosamil. 42. l. si cui libertas. 49. latè gloss. fin. in l. a testatore. 198. & ferè omnes leges, ff. de condit. & demonst.

27 Insuper quoniam quando lex requirit, & de novo 32 inducit aliquod genus, & modum probationis in ali- quo actu, aliter probatio nullo modo potest, Regid. decis. 432. & decis. 611. & 736. Callador. de proband. dec. 20. n. 21. Bal. in l. fin. n. 14. de re jud. Matias. concl. 593. hinc est quòd concurrente publica utilitate, aut evidente causa (ut hic potest etiam per statutum, aut consuetudinem effici, ut probatio alias rectè fieri, va- lida, & perfecta in aliquo actu sit invalida, & imper- fecta, ita Joan. de Immo, & alii in cap. 2. de probat. Ale- xand. consil. 170. viso status prædicti, circa princ. l. 7. Jaf. in l. admonenti, de jurejur. Alexand. consil. 68. viso processu, lib. 3. n. 1. & per totum, Cast. consil. 271. viso, n. 2. lib. 2. ubi Apost. illa plures citat. Imò & quando hoc fla- tutum fuit ob publicam utilitatem, alia probatio ultra requisitam, etiam simul admittenda non est, Jaf. in l. certi, §. quoniam. n. 10. & n. 11. ff. si certum petatur, Purpu. in addito ad ipsum, d. n. 10. Alexand. consil. 68. viso processu, lib. 3. n. 2. §. & sequentibus, quod reperitur lib. 6. consil. 36. Card. Tuis. latè præc. concl. lit. S. concl. 637. a. n. 9. & a princ. nimis enim absurdum foret, si in re tam gravi, ac periculosa extra acta processus extrinsecus tes- tes admitterentur ad violentiam detegendam, ac ideo ex quo non potest de hujusmodi notorietate legitime constare ob defectum processus, cum nihil certum pos- sint Senatores aliter decernere; iustissime etiam absti- nent a violentie cognitione, cum de violentia sibi non appareat, & quidem merito, iuxta textum in l. abentem, ff. de penis, ibi: Satis enim esse impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare, &c. & sic ita oppressus aliud quærat remedium apud supe- riorem Ecclesiasticum, de causa, & gravamine cogno- scitur.

28 Si autem iudex abiit (relictò tamen processu) rectè 35 procedit cognitio violentie, cum eo adducto, ad tribu- nal Regium decretum expeditur, prout ex illo iustitius colligetur, quòs autem; quoniam modo, hoc decretum exequendum, cum iudex abiit; larius ex mox dicendis in ultima particula huius capitis constabit. Animadvertite tamen quòd iudice abente, notarius coram quo acta fuere facta, remanserit; ad eum dimittenda, & exhibenda cogendus & compellendus est, si sunt acta, quæ de necessitate apud eum debeant remanere, iuxta anth. 36 de tabellionib. §. fin. & l. 6. tit. 19. p. 3. & in l. 2. tit. 8. lib. 1. fori, & in l. 12. & 13. tit. 25. lib. 4. recopil. ubi glossa, & Didac. Perez. in l. 2. in §. lib. 2. ordin. versic. & secta alia dubitatio, & ex aliis optimè Paz, in practi. in principio, annotatione ult. n. 8. ubi probat quòd tabellio debet regis- trum seu protocolium instrumentorum, actuum judicialium, & extrajudicialium, secum retinere, nec 37 partibus concedendum, nisi ex iudicis precepto, ex

ex Doctoribus, & juribus citatis optime etiam & de hoc articulo late per Aviles in cap. prator. cap. 36. gloss. pub. Jean guardados, per totam prout & ego passim praticari vidi.

Ad tertiam autem, & difficillimam hujus capitis partem, nempe, quando iudex Ecclesiasticus post gravamen illatum obiit; accedo, an & quomodo consuli possit per supremum tribunal Regium, ad quod confugit oppressus pro tollenda vi, ubi eam fecisse, & esse

reponendam, fuit decretum: in qua difficultate nullo posse juvari remediis hunc oppressum, videtur dicendum primo ex jure, quo nos utimur, de quo in l. 36. tit. 5. lib. 2. recopilat. & Doctorum cetera supra adducta capitibus precedentibus, quibus late probavimus, & expresse apparet, ut idem iudex, qui vim intulit, & attentavit; ipsemet reponere sit cogendus, ut in d. l. 36. ibi: Alendo la fuerza, protejan que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien y como devian, y repona lo que de supe della viesse hecho, &c. ergo iudex jure mortuo evanescere debet decretum violentia quia cum ad id eum sit persona electa a jure, ut ex d. l. Regia ibi el tal juez, &c. ab ea minime esse recedendum probat text. in l. fin. qui arbitrati 43. ff. de verborum obligat. l. in compramisit, ff. de arbi. l. fin. C. de contrahenda empt. in testamento, l. multa, de condition. & demonstr. l. h. cor. ff. pro socio, & quia ipse iudex est, qui gravavit, & attentavit, de ipso querelam obtulit oppressus & cum eo decretum loquitur, & proviso repositio nis dirigitur: ergo ejus morte omnia cessare debent, cum culpa sit extincta i. i. i. i., vita functus est, ac per hoc crimen in persona ejus sit exinctum, &c. & toto tit. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit, & tandem jam est impossibile ab eo repositionem expectare.

Nec cum ejus subrogato, & successore in tribunali, & jurisdictione eadem five ordinaria five delegata, decretum violentia, & proviso hac potest intelligi, nec ad delationem appellations, & repositionem cogi; quia successor nullam intulit violentiam; nec oppressus de eo est conquestus: sed de mortuo, de quo tantum querelam obtulit. Et alia est vis defuncti, alia vero violentia successoris: adeo ut sententia lata contra defunctum pro violentia ab eo illata non exequatur contra successorem, & haeredem. Innocent. in cap. Abbate, colum. 2. de verborum significat. Butr. Joan. Andr. & Bald. in l. de eo, s. haeres, ff. ad exhibend. Joan. Faber. in s. hac, n. 13. vers. in interdicto nihil, inslitu. de actio. Afflic. decis. 145. & decis. 345. Capicuz. decis. l. & n. 1. Rebuff. in comment. ad reg. consil. Gall. tomo 3. tit. de accus. poss. benefici. art. 11. gloss. 1. Partitius in cap. veniens, de praescriptio. Menoch. in tractatu de retin. posses. rem. 3. a. n. 28. Rodr. de annuis redditibus lib. 1. cap. 17. n. 44. ad fin. Vincent. de Francis decis. Neapolit. 199. per totam, i. p. ex praedicta ratione; quia alia est vis defuncti, alia successoris: & aliud factum illius, aliud vero factum successoris.

Quo pertinet, quod subrogatus non sapit naturam praedecessoris, quando militat diversa ratio in subrogato, & in eo in cuius locum subrogatus. Gomezius in s. fuerat, in limi. 4. inslitu. de actioni. Barba. in c. ab excommunicato, n. 33. de rescript. Anton. Gabriel communium opinionum lib. 6. tit. de regul. juris, concl. 2. n. 76.

De super probatur, quia facinus suos habet auctores, quos poena nullo modo egreditur, Farinae. practi. quest. crimin. 1. tomo, qu. 24. in princ. sed violentia, quae facinus continet, l. quoniam, ubi multa facinora sub uno violentiae nomine continentur, &c. C. ad l. titul. de vi publi. quia & iudicis superioris laesa majestas consideratur, ex his quae late supra, ad princ. hujus cap. n. 9. & contra illum iudicem per viam querelae agitur, quod eum auctorem commutat, l. 1. & toto tit. C. si reus, vel accusator mortuus fuerit, ejus poena, prout est attentatorum repositio quatenus nullitatem continet. cap. si religiosus, ibi, in poenam de electione, l. 6. Sennaus, ff. de con-

trah. emp. Bart. in l. turpia ff. de leg. 1. & in l. prator ait, ff. de novi oper. num. l. 1. ff. de his qui pro non scriptis, Bart. in l. nemo martyres, C. de sacros. & in l. non dubium, C. de legibus, Laté Felin. in c. 2. vol. 1. de ressam. post Abb. in c. cognoscere, colum. 2. de constitut. latius Vantius tractatu de nullis. sentent. tit. quid sit nullitas, n. 14. & 15. nullo modo potest auctorem definitum egredi: & successorem subrogatum comprehendere: hoc etiam argumento utitur Flamin. Parif. de res. benef. lib. 1. q. 16. n. 39. hoc, ut resignatarius non teneatur purgare attentata facta a praedecessore resignante, quia ille in nullo deliquit, & per consequens poenam non meretur.

Ceterum & evidentiis probatur, quoniam in poenalis & odiosis subrogatus non sapit naturam principalem, nec fit extensio ad illum, qui verè non sit talis, sed fidei & repraesentativè tantum, textus est in l. multa, ff. de conditio. & demonstr. Ant. Gabriel. commun. opin. tit. de regul. jur. concl. 2. a. n. 59. lib. 6. Proip. Farinae. practi. quest. crim. 1. tomo, qu. 24. in 28. Roland. a Valle conf. 59. a. n. 52. vol. 3. fol. 229. & dicit Bald. in l. cum 51. propo. circa fin. Cod. de hered. institut. dicens quod casus poenales non recipiunt interpretationem extensivam, seu similitudinariam, per d. l. multa, & in l. ressam. ff. de conditio. & demonstr. Alex. conf. 113. colum. 2. Decius conf. 290. col. penult. & virius conf. 273. colum. fin. in prin. & in consil. 406. in fin. Curtius junior conf. 119. col. penult. optime etiam idem Bald. in l. Gal. s. & quid sit tantum, colum. 3. vers. sex hoc infero ff. de liber. & posthum. & post alios Aimon. de antiquitat. temp. 4. p. n. 77. Riccius conf. 143. vol. 5. ergo ad iudicem successorem, & subrogatum in locum demortui, cum in rei veritate non sit, qui gravamen, & violentiam intulit, sed per fictionem, & repraesentative; extendi non debet decretum violentiae, & regalis proviso.

Et ultimo pro hac parte facit: nam in tribunali Regio nulla de hoc successore mentio facta est, liceti fieri nec debet, nec est necesse: cum ipse non attentavit, nec decretum violentiae de eo loquitur, nec proviso ejus virtute expedita iudici gravanti intimanda de successore mentionem facit, nec cantat: ego in ipsum exequi nefas est, & omni jure opposuit, Corneus conf. 131. in hac consultatione. lib. 4. in principio, plenè Jal. in l. Julian. in fine princ. ff. de verbor. obligat. Bal. in cap. per venerabilem, de electione, Alex. consil. 52. n. 13. lib. 4. Curtius Senior conf. 55. n. 23. Jaff. consil. 52. n. 13. lib. 4. Cur. latè Boerius decis. 221. n. 4. Bald. in c. Rodulph. de rescript. Angel. in l. fin. C. de falsa causa adjecta legat. Card. Tule. lu. 1. concl. 240. n. 48. 49. & 55. cum sequentibus, extra quos plures alios adduximus infra, 4. part. c. 8. a. n. 42. cum sequentibus, & principio per totum illud caput: de re hac agitur, ubi multa ad propositum violentiae: ergo iste successor, & subrogatus virtute decreti violentiae, provisionis Regiae compelli non potest ad reponendum ea, quae ius praedecessor attentavit; cum de eo non cantet, nec mentionem aliquam faciat proviso.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem; imò quod iudex successor in jurisdictione, tribunali, seu iudicio omnino teneatur tenorem provisionis Regiae adimplere, attentaque a suo praedecessore, reponere cum effectû; & appellationsi deferre, libenter amplector, & ut veriore probabo, tum ex philosophica, & fundamentali illa ratione, quam ad plurimos casus decidendos consideravit acutè Jurisconsultus in l. proponere 76. ff. de iudiciis, nempe; quod cuius rei species eadem est (hoc est, forma, ut explicat gloss. fin. ibi) eadem res esse censetur; quantumque circa ipsam materiam aliqua commutatio congerit, hincque decidit ipse Jurisconsultus; quod si plures dati sint iudices in aliqua causa, & postea aliquid, vel etiam omnes mutati fuerint, nihilominus eadem dicitur causa ibi: Ex his iudicibus, qui in eadem re dati essent, nonnullos (causa audita)

audita) exornatos esse, inque eorum locum alios esse sumptos, & quarebare singulorum iudicum mutatio, eandem rem, an aliquid iudicem fecisset; respondi non modo, si unus, aut alter, sed si omnes iudices mutati essent, tamen & rem eandem, & iudicium idem, quod antea fuisset, permanere, nec in hoc solùm evenire, quod ante commutatis eadem res esse exhiberetur, sed & in multis casibus etiam, &c. circa quam rationem pulchre exornat Alciatus lib. 7. Paerergon. cap. 17. Aristor. lib. 3. poli. cap. 2. Cicero lib. 2. academiarum questio. Plutarch. de sera nimum, vindicta, & in Thesoro. Cognolus in l. 2. n. 257. de passis inter empto. & vendi. gloss. & Doctores communiter in d. l. proponebatur, & in l. proponendum s. fin. autem utraque, ad medium, C. de iudiciis, & in leg. fin. Cod. de sent. & re iud. Bart. in l. 2. n. 1. C. de actio. & obligat. & in l. ab executore, n. 9. ff. de appellat. late & optime Petrus Barboza, in commentat. ad titul. ff. de iudici. circa interpretationem d. l. proponebatur, Burgos de Paz, in l. Tauri, num. 426. Lancetol. Robert. in tractu. de attenta. 3. p. cap. 27. n. 52. & sequentibus, Milanens. decis. Siciliae 2. num. 27. & 29. Felix Phœbus concl. 118. num. 2. crim. qui quidem & infiniti penè alii statim citanda hanc probant conclusionem; ut per mutationem iudicis eadem, non diversa manet jurisdictione, eademque causa, idemque iudicium, & idem tribunal, sicut & in aliis pluribus exemplis hoc ipsum, & isthac identitas consideratur, ut per mutationem, & variationem personarum, qualitatibus, & accidentibus, non mutetur res, ut de civitate, collegio, Ecclesia, dignitate, & praebenda per d. l. proponebatur, Probant Niconic. in rubr. a. n. 14. ff. de nov. op. nuntia. Mandol. cons. 91. n. 5. & 6. Alvarat. in cap. i. s. 1. n. 1. ad

fin. de alienatione feudi, Bart. in leg. iudicis, d. n. 14. ff. de legibus, & l. 1. n. 9. ff. de iur. omnium iudi. Roman. cons. 406. num. 8. Paulus Castr. consil. 389. col. 2. post princ. lib. 1. Felin. in cap. consilium, n. 1. de iudiciis, Bald. in cap. publicato, n. 12. de electione, Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. part. 2. Emanu. Rod. quest. regular. q. 26. art. 1. ad fin. & sigillatim Barboza in d. l. proponebatur, Menoch. consil. 219. num. 14. lib. 3. facit l. quid tamen s. i. quibus modis usus fructus amittatur, leg. grege, d. l. si grege, l. si ita legatum, s. fin. ff. de leg. 1.

Qui quidem asserunt, quod iudex successor in jurisdictione, & tribunali idem reputatur, ac praedecessor, cum in eius locum substituitur, & subrogetur, & ob id potest is iudex idem facere, quod poterat ille, cuius loco fuit subrogatus, l. 2. C. de eo, qui vicem alterius gerit; exornat Alex. in l. 1. n. 53. de off. eius, Petrus Barboza in commen. ad tit. de iud. ind. l. longius 18. in princ. per text. ibi n. 43. & 44. & post alios in bona casu probat Covar. practi. q. cap. 11. sub num. 2. ad fin. vers. postremo illud, & supra, a. n. 1.

Et ideo terminus, & tempora praestituta primo iudici ad causam determinandam iuxta l. 2. s. sed si iudex, de iud. eadem censentur praestituta successor, & subrogato, l. iudex 31. ff. de iudiciis, non enim iudex tanquam privata persona attenditur, & consideratur, sed tanquam minister iustitiae, quam gerit, & tanquam administrator dignitatis, & tribunalis, quod repraesentat, quousque autem fit etiam in infinitum omnes eundem rei administratores sunt, nam remmet, alienam tamen gerentes, quippe tribunal, dumtaxat (quod semper durat & permanet) & est in consideratione.

Prout videmus, quod licet in appellatione requiratur expressio nominis iudicis a quo, tamen satis est, ut contineat nomen dignitatis iudicis, puta, appello ab audite Camerae ab Episcopo Salmantino, &c. Bald. in l. 1. s. n. 6. vers. super secundo, Rebuff. in tractu. de appellat. in praesatione, n. 29. tom. 3. fol. 477. Geminian. in cap. Roman. s. cum autem, de appell. in 6. Sigismund. Scaccia in tractatu de appellat. quest. 6. a. n. 43. qui a num. 49. & 50. dicit, quod licet sit necessarium, ut

Salgado de Protec. Reg.

in appellatione exprimitur nomen iudicis, ad quam appellatur; tamen sustinetur appellatio, si contineat nomen dignitatis, & tribunalis, puta appello ad Archiepiscopum Compostellanum, ad Archiepiscopum Toletanum, &c. quia tribunal, & dignitas, cui iudicatio cohaeret, & propria est, potius attendi debet, quam persona administratoris, Geminian. & Philip. c. cum vero, n. 1. de appell. in 6. lib.

Hinc inferitur, quod iudex datus loco demortui, minime illum repraesentat, sed tantum dignitatem, quae est corpus quoddam fictum, quod comprehendit subiecta, tanquam membra illius corporis ficti, l. mortuo, ff. de fidei iuribus, Bart. in Laut facta, s. fin. n. 7. ff. de panis. Barb. in d. l. proponebatur, num. 24. & sequentibus, quando igitur superest forma illius corporis ficti, semper censetur idem corpus, licet partes mutentur, ut dictum est, & probatur in leg. grege, & leg. si grege, ff. de legat. Barboza. dicit. num. 24. quapropter licet iudicis demortui locum occupet novus iudex, illum tamen non repraesentat, quia juris sui nulla reliquit vestigia, sed tribunal, quod nunquam moritur, cuius viget, & jurisdictionem administrat, prout videmus in tutore minori dato, aut in procuratore, quem dominus constituitur, quo mortuo, & alio subrogato in locum demortui, non tamen eius gerit vires, nec repraesentat, sed dumtaxat pupillum, aut dominum viventem, nec gerit res, & negotia pupilli tanquam res tutoris mortui; & licet aequalem, imò eandem potestatem recipiat successor, non tamen a mortuo recipit, cum jam sua extincta, sed a domino & tribunali, cuius officium radicata est, & viget: optime faciunt quo Covarruvias var. resol. lib. 2. cap. 15. sub numero 6. versiculo ego vero considerandum, & sequentibus.

Et ideo licet iudex praedecessor, & successor diversi sint personarum respectu: eo tamen habito ad administrationem, & ad coequalitatem potestatis; verè idem sunt, & reputantur; attenda veritate, & rerum natura, notat Bart. in l. ab executore, n. 9. ff. de appellat. per quem idem Barboza, in d. l. proponebatur, sub num. 16. & per eundem Barboza. melius Burgos de Paz in l. 1. Tauri, n. 427. ubi dicit quod successor verè idem iudex reputatur, & per eundem Bart. idem affirmat optime Aviles in cap. 1. prato num. 20. vers. sed in contrarium, ubi dicit, quando accipimus iudicem pro jurisdictione, seu tribunali, ut in his casibus, verè eundem esse iudicem, & iudicium, quia hoc non competit successor, & subrogato, ut privato, sed iudici ad differentiam haereditis, qui non est verè idem quod defunctus, sed fidei.

Ex qua ratione provenit; quod iudex successor potest taxare expensas, quas sibi taxandas iudex praedecessor in sententia à se lata reservavit; item & eundem successorem posse dubiam praedecessoris sententiam interpretari, ut docet Bart. in l. ab executore, cui perique alii consentiunt, quorum illic Alexand. in additionibus, memor est, & singulariter idem Alexand. in l. stipulantem, s. 1. ff. de verbo. oblig. col. 3. quo loco recentet tenentem contrariam sententiam, qualque nititur conciliare Burgos de Paz in l. 1. Tauri, sub n. 427. tenet etiam Joannes Ferrarientis in tractatu de appellat. cap. 5. num. 53. & num. 57. cuius est farinae, statutum à Decurionibus editum, ab eorum successoribus, vel à populo esse explicandum, & declarandum, ita docet Bart. in l. omnes populi 3. q. 6. princ. & ibidem palam placet Joanni Francisc. de Ripa in l. ex facti, col. 2. ff. de vulgari ad quod allegant text. in leg. ab executore, ff. de appellat. & eis licet adheret Carolus Ruinus in consilio 38. num. 9. lib. 1. Burgos de Paz in l. 1. Tauri, num. 425.

Qui quidem in num. 426. vers. sed tamen, cum Bart. in l. ab executione in princ. col. 3. ff. de appellat. respondit mirabili-

1

mirabiliter, ad illam difficultatem ortam ex illa regula, quod jus declarandi, seu interpretandi ad heredem & successorem non transit, cum ex arbitrio disponens pendat, ut in *l. inter stipulam* §. *Stichum, de verbo oblig.* quia cum hoc jus declarandi non pertineat ad iudicem successorem, ut privatam personam, sed tantum ut officialem iusticie ministrum, & iudicem, hoc enim solum successoribus officium gerentibus, iure concedi videtur, quia successor verè idem iudex reputatur, quod & eandem responsonem repetit *sub numero. 427. ver. nec obstant iura*, in hac: Nec obstant iura, quibus cavetur declarandi jus ad heredes non transire, quia non obtinet, cum iure proprio hereditibus, vel successoribus, jus ipsium declarandi competat, ut in *l. ab executore*, quam doctrinam nota, quia mirabilis est.

Ex hoc fonte fluit, quòd iudex successor, seu aliter datus loco alterius, & in ejus effectum, causam assumit in eodem statu, eumque determinat ex eisdem actis, & textus est in *l. mortuo iudice*, ibi, idem eum, qui subditus est lequi oportet, & *ff. de judi.* & ibi tenet gloss. *verbo idem, text. in l. sui.* & ibi gl. optima *Cod. de sentent. & re iudic.* c. si quis *Episcopum, 2. q. 3. glossa in l. sui in propo.* verbo *denuo, Cod. quomodo, & quando iudex*, gloss. fin. in *l. si expressum, ff. de appell.* Jacobinus in *l. si longius, in prin. num. 4.* Imola in *leg. cum quarebatur*, n. 10. *ff. de re iudic.* Angel. Aretin. in *l. si expressum, n. 45. de appell.* plura iura allegat Odofredus in *d. l. mortuo iudice*, & eleganter profertur Brissonius in *tract. formularum, lib. 5. pag. 513.* Barlos. in *d. l. si longius, in prin. n. 45.* optime Marquell. *de commiss. 1. p. c. 3. à num. 33.* Decius *conf. 449. n. 20.* & facit in terminis Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 20.* & que in ejus comprobationem adduxi *q. p. c. 2. à n. 65.* & Zerola in *praxi Episc. 1. p. verbo instantia, §. 4.*

Et eodem modo procedit successor, quo processit prædecessor, *leg. propter adum, Cod. de iudicis*, Lancelot. *Roberti de attent. 3. part. cap. 27. numero 53.* quia acta facta coram uno iudice fidem faciunt coram alio, si sit successor in eodem tribunalis: ita plures referens sequitur Petrus Philipp. *Cornelius in leg. gesta, numero 5.* *Cod. de re iud.* Christophorus de Paz in *tractatu de attentat. cap. 32. numero 40.* cui conduct, quòd acta facta coram uno iudice in casibus, quibus probant, & fidem faciunt coram alio; semper debent intelligi, si reproducantur, alias non secundum Alex. *conf. 82. ver. 2. numero 4. & 5. lib. 1.* Aposilla *1. ad decisionem Capelle* *Theolof. 198.* intelligitur, ut coram subrogato iudice non requiratur huiusmodi productio, sed iussio dumtaxat ipsorum actorum, secundum *Jaf. in l. 2. num. 14. ver. ex tertia lectura, C. de edendo*, sequitur *Cardin. Tusc. pract. conclus. tom. 1. littera A. conclus. 91. num. 5.* qui etiam ibi *num. 1.* post *Bald. consilio 147. inventarium heredis in fin. verficulo sequitur videre, lib. 4. inquit*, quòd acta coram uno arbitrio gesta, probant coram successore: in quem partes compromiserunt; quando acta sunt publica, & actum respiciunt, quare iudex executor successor perficit executionem, quam inceptam reliquit suus prædecessor, secundum *Baldum in leg. fin. Cod. de fructib. & litium expens.* *Barolus in leg. successores, Cod. de iustepo, & arear.* *Avenda. in leg. Fabiana, ff. de manumi.* *Guido Papæ decif. 535. Montalb. 69. in l. 4. titulo 17 libro 4. Fori. Bald. Imola, & Alexand. in leg. fin. ff. de iurisdic. omniu. iudic. Jaf. in leg. more, num. 22. eod. m. Decius consil. 492. num. 5. volum. 4. Boëtius decif. 5. n. 18. Avil. in cap. prato. cap. 15. num. 35.* *Avenda. in eodem tractatu 1. p. c. 17. num. 10.* *Parlad. verum quoti. l. 2. c. fin. 6. p. s. unio, à num. 34.* qui etiam disputant, quis eorum prædecessor, an successor executor debeat habere, & percipere decimam, & emolumenta ipsius executionis, qui illam incept, aut qui illam perfecit: hinc merito iudex successor, vel aliter

loco alterius subrogatus, poterit ea omnia facere, quæ poterat ille, cuius fuit loco subrogatus, *l. 2. Cod. de eo, qui vicem alter. gerit.* *Alexand. in l. 1. n. 53. ff. de off. eju. cui mandata est*, *Petrus Barbosa. in l. si longius, in prin. n. 44. ff. de iudicis, & facit reg. in qui in jus succedit alterius, de regulis iuris.*

Hinc est quòd successor ordinarius, & prædecessor (cum idem iudex reputetur) potest successor festime re integrum, contra factum sui prædecessoris, *Speculator titul. de restitu. in integrum, §. videndum restat, n. 4.* quem referens sequitur *Sigismund. Staocia in tractatu de app. quæst. 19 rem. 2. num. 32.* & absolvere ab excommunicatione emissa per prædecessorem & subdelegantem, ita *Felinus per textum ibi in cap. pastor alis, principio, sub numero 11. de officio, & potestate iudicis delegati.*

Cum igitur iudex prædecessor potest reponere attentata à se gesta juxta text. in *c. venientes, in fin. de iur. jur. an.* & per *Philipp. Francum, Covar. Lancelot.* & alios supra citatos ad priorem partem huius capituli, ubi latius de hac re; nihil mirum, ut successor in eodem tribunal, instantiam & iurisdictionem, ac potestatem, queat illa similiter reponere.

Et in specie probatur, quia in omnibus casibus, in quibus iudex à quo potest reponere attentata sive à se, sive ab aliquo facta, pariter & ejus successor poterit illa reponere, & revocare, quia eodem modo procedit successor, quo prædecessor, ita tradit post Innocentium ibi Anton. Butrius in *cap. cum M. Ferrar. in c. 58. colum. antepenult. in prin. de consil.* *Lancelot. Robert. de attentatis 3. p. cap. 27. num. 43.* Facit *Rota decif. 55. alias 389. ff. appellatur, de appell. in novis. Milis in reportorio, verbo attentata, lite pendente, fol. 3.* ac in *verbo iudex appellations in ex aminé fol. 175.* & idem latè, & optime *Marquellian. tract. au de commissio. 1. p. cap. 29. à num. 40.*

Item & bene *Lancelot. ubi proximi, num. 52. cum sequentibus*, dicit; quòd non solum iudex, cuius fuit læsa majestas, hanc revocationem attentatorum facere possit, verum etiam ejus successor, & subrogatus; cum, hæc majestas læsio non dicatur facta personæ; nec coherere personæ ipsius iudicis, sed dignitati, quæ nunquam moritur, cum re præsentative semper duret idem iudex, *juxta leg. proponetur, ff. de iudicis, qui num. 56.* & hoc ampliatur, non ut solum procedat, quando huiusmodi subrogatio facta fuerit expressè ab homine; verum etiam si sit facta tacite à jure, *ex dicta Rota decifione.*

Et quòd successor tenetur reponere, & purgare attentata à suo prædecessore facta, tenet latè *Flamin. Paris. resig. lib. 1. quæst. 16. à num. 39.* & sequentibus, ubi resolvit pro veriori opinione, quòd succedens in beneficio per resignationem, tenetur purgare attentata per prædecessorem resignantem, & ita tenuisse Rotam in una *Ariminen. nullitatis, & attentionem coram Acorambon. 27. Aprilis 1556.* testatur, qua deciditur, non esse procedendum in causis nisi purgatis per eum attentatis: testatur de ea decisione *Lancelot. Robert. in tractatu de attent. cap. 4. ampliatione 5. num. 3. & cap. 29. numero 102.* & iterum tenuit *Rota* in una *Camaricensi Archidiaconatus sub die 12. Novembris 1558.* teste *Cardin. Paleoto decifione 116. incipit Gutti.* quem allegat *Paris. ubi supra, num. 42.* ergo iudex successor in tribunalis, aut in iurisdictione, iustificatus poterit reponere attentata à prædecessore facta, quemadmodum, & ille poterat revocare prædecessor, maxime virtute provisionis Regiæ, quia huiusmodi attentatorum restitutio iubetur post actorem inspectionem.

Et ulterius hæc pars comprobatur, quia quando præceptum est aliquid prætori ut prætori, putà, & ratione officii, transit in successore, qui omnino tenetur adimplere,

adimplere, ita tenet *Bald. in leg. tale pactum, ff. de pactis, leg. si communis servus, ff. de stipulat. servo.* idem tenet *Barlos. in leg. à filio, in fin. de aliment.* & *eburibus legatis, Speculator. in titulo de instrum. editione, §. nunc aliquid, verficulo sed quid erit, & idem transit gloss. in cap. penult. de testam. in 6. Rota decif. 412. in novis, probat pulchrè *Covarru. in practice, quæst. cap. 11. à nu. 1.* & præcipue *num. 2. verficulo secundo hoc ipsum probatur, bene etiam Mantica de tac. & ambig. conventio. lib. 7. tit. 23. n. 49. & 50.* & nos latius infra, q. p. cap. 6. in ultima difficultate, verficulo quòd nunc primo quero, & c. à n. 66. quibus facit ferè in terminis, quæ *Marquell. tract. de comm. 1. p. p. 29. n. 40.* dum inquit; quòd iudice ab officio remoto, alter ei succedat, tunc quia non persona, sed dignitas officii, vel majestas, in successore eadem existens fuit læsa, quia repræsentative semper duret eadem persona, & iudex, & c. *leg. proponetur*; poterit ex suo mero officio attentata à prædecessore reponere, *Rote decif. 52. de restit. spolia. in novis, & 5. num. 5. ut lite pendente in antiq. & in d. decif. 412. fuit determinatum*, ubi dicitur, quòd *Episcopus* debet adimplere mandatum factum prædecessori, sub nomine dignitatis, ita per *Abb. ibi*, tenet etiam *Felin. in c. quoniam, Abb. n. 10. de off. delegat.* qui cum *Speculatore ubi proximi*, idem intelligit in executori; cui convenit, quòd dicunt *Redoanus in pract. de rebus Ecclæs. q. 57. nu. 9.* & *Zerola in praxi* *Episcop. 1. p. verbo successor. §. fol. mibi 334.* quòd successor tenetur exequi mandatum factum per Papam suo prædecessori.*

Hinc etiam est, quòd litteræ directæ *Episcopo* prædecessori mortuo, sub nomine dignitatis, & habito respectu ad officium, illas tenetur successor exequi, & implere, ita tenet *Flores de Mena. practice, quæst. q. 4. num. fin. & est text. expressus in authent. ut nulli judic. liceat habere loci servat. §. hoc querò jubemus*, cujus sunt mirabilia verba. Ex hoc verò jubemus observari ab omni administratore, ut si contigerit, in scriptis nostram justificationem fieri ad aliquem iudicem, & interea ipse queat ad administrationem: is qui post illum susceperit dignitatem, accipiat eam, & insinuet: & si quidem privata est causa, & implere eam, & assequi, quemadmodum ad eam promerui scriptum, & c. qui text. mirabilis est, & expressus huic difficultati, ubi glossa etiam mirabiliter explicat.

Hinc etiam est, quòd eleganter doctissimus *Avenda. in tract. de exequen. mand. c. 17. sub n. 10. ver. & novus executor*, post *Angelum in aut. ubi nulli iudicium, §. hoc, col. 9. & Felin. in c. cum contingat, de foro compet. 91.* & per notata per *Doctores in l. fundam, in prin. ff. de acquir. poss.* quòd successor & novus executor virtute primi mandati, dati suo antecessori, potest illud exequi absque alio novo mandato.

Ex prædictis igitur evidenter colligit, tuendam esse, & tenendam in praxi, prout ego tantum vidi aliquoties; ut successor in iurisdictionem sibi provisionis Regiæ facta intimatione, tenetur reponere attentata per suum prædecessorem; quo supposito, non obstant fundamenta pro contraria parte adducta. Nec enim obstat primum deducum *ex d. l. 36.* ubi in illis verbis, *provan que el tal juez la otorgue*, & c. qui multipliciter respondetur, tum quia ideo de eodem iudice loquitur, quia assidue ipsum reponit, raro autem, imò & rarissime, contingit, ut ipse moriatur, eo litis statu; & sic nihil mirum, ut de eo loqueretur *l. Regia*, cum ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptantur, & tristes eventus non sunt considerandi.

Vel aliter & secundò, & meo videri rectè, responderetur ad *d. Regiam*, quòd ideo dicit, *el tal juez*, ut declaratur quòd non idem tribunal Regium, quòd decretum protulit violentie, ipsum debeat cum effectu exequi (prout jure regularè alias in ceteris causis postulat) nec alius quibus iudex alterius tribunalis, sed ipse met

Salgado de Protect. Reg.

dum i. xat, qui de causa cognoscit, decretum exequatur, reponendo attentata, ad demonstrandum, quòd cum violentiæ cognitio in procedendo fit extraordinaria, & irregularis, pariter & ejus executio extra ordinem etiam esse debebit.

Et ulterius respondetur, ut illa verba, *el tal juez*, intelligantur, id est, iudex talis tribunalis, ut comprehendatur etiam successor, cum successor, & prædecessor idem iudex reputetur, ut latius superius prædatum reliquimus, *juxta dist. l. proponetur, de jud. & cetera iura*, maxime cum ita de iure sit, ut præceptum factum prædecessori, ut iudici, debeat successor exequi, & implere, cum in eo rectè posicio verificetur, ut paulò antè lætè probavimus, præcipue cum sumus in favorabilibus, & privilegiatis, prout est attentatorum restitutio, ut statim dicitur.

Deinde, quia cum ille iudex, qui vim intulit, decesserit, impossibile est, ut reponere queat, qui est casus non præventus, nec decisis à *d. l. Regia*, & sic relictus dispositioni juris communis, dicitur, quòd quando sententia non potest secundum ejus tenorem exequi propter maximam difficultatem, aut interdum impossibilitatem, exequi debet eo modo, quo potest, ne iudicium reddatur illusorium, & remaneat sine effectu, latè, & eleganter *Angel. Aretin. conf. 136. in themate, n. 4. & sequ. usque ad fin. qui loquitur in optimo casu, scilicet, quando quis condemnatur, ut conservet indemnem Titium, ob obligatione Caii, si interim obligatio extincta fuit, quia Titius fuit compulsus solvere debet Titium relaxari indemnis, eodem modo, quo potest, ut solum sibi restituatur, & idem *Aretin. in d. consil. 136. à num. 3.* constituit aliud exemplum scilicet, quando quis condemnatus est ad tradendum debitori instrumentum debiti, quòd si non reperitur, cogitur creditor debitorem liberare, & plura similia exempla adducit ibi, quem sequitur *Card. Tusc. pract. concl. tom. 7. littera S. concl. 126. à nu. 125. ad nu. 129.* quia verba adaptantur latim implicite. *Bertachi. in tractatu de Gabellis 2. membro 8. part. pri. de Gabellis rerum animatarum, secundum gloss. quam dicit notabilem in auth. generaliter, & ibi *Bald. C. de Episc. & Cleri. & per l. si sua fideiussorem acceperis, ff. de fideiussorib. unde evenit quòd si sententia non potest exequi propter maximam difficultatem, quia servus, vel res, ad quam fuit quis condemnatus, ea abest, aut perit, mortua, aut extincta est, loco ejus exequitur in alia re cœquali, aut æqui-***

valenti, & sic in ejus valore, aut interesse, est in leg. qui restituere, ff. de vind. l. Julianus, ff. de consens. leg. si servo, §. fin. ff. de verb. obligatone, leg. si longis. Cod. de executione rei judic. l. 5. ante medium, tit. 27. part. 3. l. 3. tit. 14. part. 5. Palacius Rubius in l. 63. Tauri, n. 32. Parladorus lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. p. §. 2. n. 7. & in lib. 1. cap. 6. n. 13. Castillo in l. 36. Tauri, fol. 129. columna 3. ad fin. & colum. 4. Franc. decif. 229. p. 2. Gregorius Lopez in dictis legibus Regiis, & in ceteris communiter Doctores, de quo nos lætè agimus infra, in d. part. cap. 5. à num. 33. & cap. 9. à nu. 206. ergo à fortiori idem dicendum est in nostro casu, ut iudex subrogatus loco primi demortui, tenetur exequi, & Regiam provisionem adimplere, ne illusorium remaneat tot salubre violentiarum remedium.

Nec obstant, quòd in penalibus, & odiosis non fit extensio ad subrogatos, & quòd facinus suus habet auctores, quos pœna non egreditur, quia responderetur, quòd in præsentis non sumus in odiosis, & penalibus, sed in re merè favorabili, & privilegiata, prout est attentatorum restitutio, & revocatio: quo remedio, nullum favorabilius in jure reperitur. *Franc. in cap. bonæ, n. 13. & sub n. 15. de appellacionibus, Alexand. consil. 89. diligenter in fin. lib. 1. Decius in cap. ex parte el secundo, columna fin. verfic. 4. concl. de re scripti. Rota decif. 2. alias 14. fuit dubitatum, n. 3. de restitui. spolia. Franc. in c. consil-*

consulti, et l. 2. n. 8. de appell. Alexand. conf. 99. vijus. n. 4. lib. 5. Petr. de Anchara. in c. 1. ut lite pendente. in fin. Ol. drad. conf. 199. pro fundamento. in princ. post Innoc. Ripam. in d. c. consulti, sub n. 10. Equid. decis. 49. agens, & decis. 294. id autem. Stephan. Aufrer. in addit. ad decisionem Capelle. Tboloj. 15. ad fin. Ruin. conf. 76. in princ. lib. 5. Joan. Crot. conf. 101. viso puncto. n. 3. Menoch. de recuperan. possrem. 17. n. 25. Achill. de Grassis decis. 24. attentatorum causa sub rubr. de attentatis, latissime prosequitur Lancelot. de atten. 3. p. c. 30. tit. de privilegiis attentatorum, per totum.

103 Et ex alio colligitur esse privilegiatum, & favorabile, prout est hoc charitativum subsidium, & recursum ad tribunal Regium, quo agitur de liberando vi oppresso ad manu calumniaum, & ut superioris autoritas, quae per attentantem contempta erat, restitatur, liberetur, & sine impedimento gravatus illum queat adire, ex his, quae late nos adduximus capitibus praecedentibus, praecipue c. 1. a. n. 149. 239. & 306. & a. n. 354. & in epologo provinciali, infra, & ita cum hic non agatur de causa poenali, sed privilegiata, & favorabili, sequitur, ut argumentum retorqueatur, & ut fiat sensum, quod cum sumus in favorabilibus, fiat extensio ad subrogatos: & insuper quia iudex successore tantum abest, ut aliqua affigatur poena, sed ut Regii tribunalis ministro sibi causa medenda committatur, exequatur enim, cui sententia poenalis exequenda committitur, non participat de illius poena, sed honoris, & potestatis iudicis superioris, non enim hic agitur de exequenda poena, apposta a iudice praedeceffori iudicis, pro attentatis a se factis, in iudicem successorem, nec in hoc se potest introumittere Senatus, prout diximus infra, hac 1. p. c. 6. a. num. 12. quia si hoc esset, recte procederet argumentum contrarium; sed sumus in longè nimis dillimili casu, ut dictum est.

106 Imò etiam & adhuc in poenalibus, & odiosis, licet poena non transeat ad successorem, & haeredem (cum morte sit extincta) transit tamen damnorum satisfactio, in quantum ad eum pervenit: bonus est text. in l. 1. c. ex defunctis defunctorum, in quantum haeredes conveniri, ibi, quo vim fecit, &c. defuncto successoris eius in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri valet, cum ut late superius dixi, in successorem transeat iudicium, iurisdicivo, instantia acta, & lis, cujus pars est, attentata a iudice, quod est qualitas, quae huius inharet, ab eoque dependet, sine quo attentata non datur, secundum Calliadorum decis. 6. n. 2. super Regul. & dictum fuit in una Nolanenf. Abbatis coram Junio, 20 Oct. 1557. & in alia Mediolanenf. Capellaniz coram Chifaneno, 28. Junii 1557. in alia nullius, seu Pennen. coram Robusterio, 31. Maii 1568. ut testatur Lancelot. Robert. de attenta. 3. p. cap. 22. a. nu. 41. & seqq. ubi ex hoc inferit, quod subrogatus ad litem, potest dari de attentatis; quemadmodum ejus praedeceffor, sequitur evidenter, quod etiam effemus in poenalibus, nihilominus successore tenebatur revocare partem damnum, quod fit per attentatorum repositionem, quibus quidem rationibus, omnia ferè cessant argumenta contrariae partis.

Nec enim obstat, quod sententia lata contra vim inferentem non exequatur contra successorem haeredem, quia alia est vis defuncti, alia haereditis, & successoris, quia omnia alia responsione, quae dari potest, & colligitur ex his, quae late diximus infra, in tract. de exec. cap. 8. de excessu de persona ad personam, a. num. 247.

109 Dices, quod id procedit in haeredibus, ex ea ratione, quia alia est possessio defuncti, alia haereditas, successoris, in quem licet omnia jura transeant (adita haereditate,) non tamen possessio, quae extincta jam fuit, licet haereditas, de acqui. possess. & possessio haereditis est nova possessio, non autem continuata a defuncto, per cujus mor-

tem fuit extincta, ut dicunt Doctores pro contrario adducti, sed non procedit in iurisdictionibus, tribunali, universalibus, dignitatibus, Ecclesiis, populi, & aliorum similium successore. in quibus non datur huiusmodi possessionis extinctio, & variatio: quoniam ipsa universalitas, & persona facta est, quae possidet, & semper eandem possessionem retinet, quae nunquam moritur, sed semper eadem est, & per variationem, & mutationem, seu mortem administrantis non mutatur, variatur, aut in aliquo alteratur universalitatis possessio, quae nunquam vacat mortuo administratore.

Et ideo successore administrationis non indiget de novo accipere possessionem rerum universalitatis: optime & late B. in l. 1. §. municipes, ff. de acquir. poss. & in l. cum haeres, ff. de acquir. poss. per Innocent. in c. cum in officio, de resam. & loquendo de Ecclesia, quae cum nunquam moritur, cap. liberti 12. q. 2. ita nec possessio rerum Ecclesiae dicitur vacare, etiam mortuo Praelato, ex quo ipse possidet; docent Bal. in l. fin. c. de electo Div. Adria. 101. & in l. unica, in princ. Cod. de caduc. tollen. Partius consil. 24. n. 7. vol. 1. Borgni. Cavalea. decis. 96. in princ. n. 5. & in add. n. 54. & dec. 74. n. 105. p. 1. & dec. 28. n. 12. p. 3. ubi ex hoc inferit, quod cum possessio Ecclesiae in Ecclesia continuatur (etiam mortuo Praelato) dicitur simul cum occupatore possidere, & esse in summanissimo possessore, nec dicitur attentare Ecclesiae possidendo. Sequitur Brexianus in reperio. ad eundem Cavalea. verbo possessio Ecclesiae continuatur. Marta in tractatu de iurisdictione, 4. p. cent. 17. a. num. 10. ubi dicit, quod Praelatus successore non succedit tanquam dominus, sed tanquam procurator Ecclesiae c. 2. de donat. ubi ad plura ipse inferit, quae huc conducunt.

Hinc est, quod possessio juris patronatus contempts alicui ratione dignitatis, villae, castri, majoratus, aut Ecclesiae, retinetur per ipsam dignitatem, villam, castrum, majoratum, aut Ecclesiam, (etiam mortuo Praelato, & administratore) Rota decis. 10. de iure patron. alias 140. in novis. B. lameta. decis. 20. Paul. de citat. Dinus de iure patron. 6. part. 3. n. 64. Lamber. eodem tractatu. 2. p. 1. lib. 9. 9. art. 3. nu. 8. ad fin. & 1. p. q. 3. 2. lib. qu. 3. art. 1. n. 9. post Card. in c. inter, 1. opposit. per illum text. (quem sic intelligit) de iure patron. Cajet. in reperitio. c. fin. electione in 6. Nicol. Garcias de beneficiis, 5. p. c. 5. n. 9. qui etiam dicunt, quod novus possessor castri, villae, seu comitatus, ratione cujus competit jus praesentandi, licet nunquam antea praesentaverit, potest praesentare, quia ipsa dignitas, aut comitatus, videtur hoc jus patronatus semper retinuisse, quia quasi possessio juris praesentandi, quae erat apud antecessorem ratione dignitatis, beneficii, castri, villae, vel comitatus continuatur in successorem, etiam absque alia nova ejus apprehensione, d. Rota decis. 1. alias 40. in novis. Achil. decis. 105. seu 5. de causa poss. n. 8. Tiraq. in tract. l. mortu saluti, in praefatione, declaratione 5. facit decis. Rota 9. de causa poss. in antiq. latissime prosequitur Nicolaus Garcias ubi proximè, a. n. 37. cum sequentibus, & supra a. n. 33. reddens rationem, quia possessio retinetur per Ecclesiam, seu dignitatem, etiam mortuo Praelato, ut per Felin. in cap. constitutum. n. 19. de rescriptis, Rota decis. 1. n. 14. de restitutione spoliationum, in novis, Calliador. decisione 7. n. 13. de causa poss. Rota decis. 390. part. 1. & decis. 19. n. 9. part. 2. dixerunt, de quo etiam bene per Peregrinum in tractatu de fide art. 48. n. 79. cum pluribus Doctoribus, ubi advertit differentiam inter possessionem haereditis, & successoris Praelati, & inter dignitatem, seu Ecclesiam, & sic non obstat argumentum in contrarium adductum. Maxime quia nos sumus in longè diverso casu, & extra terminos Doctorum in dicto argumento allegatos, quia sumus in attentatis, in quibus etiam successore singularis illius, qui attentavit, & etiam iudex, ut late probavimus supra.

CAPUT IV.

Ab Ecclesiastico iudice aliquid reponente mandato, & virtute provisionis Regii Senatus, ad quem per viam violentiam itum est, appellatiōi emissae non deferens, an vim faciat.

SUMMARIUM.

- 1 Appellare licet à repositione, vel delatione appellatiōnis, quemadmodum à repositione alicuius articuli.
- 2 Tribunalia Regia jus imitantur, & ideo eorum provisiones jubent iudicibus Ecclesiasticis, ut reponent, ea quae ipsi de jure reponere debeant.
- 3 Factum accidit ultra statutum, quo quis iam tenebatur, non mutat qualitatem, vel naturam obligationis.
- 4 Iudex Ecclesiasticus astringitur praepropto Tribunalis Regii sub poenarum incursum, attentata reponere, & appellatiōni deferre.
- 5 Appellari non licet à iudice faciente id, ad quod praecise faciendum compellitur.
- 6 & 7. Appellari non potest à permissione data à iudice requirit per literas alterius, ut in sua iurisdictione aliquid exequatur.
- 8 Faciens aliquid voluntarie, ad quod praecise faciendum poterat compelli, dicitur necessitate coactus facere.
- 9 Sola potentia cogendi ad actum, quamvis ad actum coactionis non sit deventum, inducit coactionem.
- 10 Facienti aliquid coactus, & contra suam voluntatem sibi non imputatur.
- 11 Repositio attentatorum facta à iudice Ecclesiastico, est in executionem decreti Regii Senatus, vim huius declarantis, & ibi de intellectu d. l. 36. recop.
- 12 Appellari non potest, nec supplicari à decreto Regii Senatus vim fieri declarantis, vel negantis, nec alius datus recursum.
- 13 L. 36. tit. 5. lib. 2. recop. declaratur ibid.
- 14 Appellari non potest ab executione decreti Regii Senatus, & ejus executor, qui est iudex Ecclesiasticus, cui decretum dirigitur exequendum.
- 15 Executio non gravat plus quam sententia, quae exequitur.
- 16 Appellari non potest ab actu, à quo executio emanat, sicuti nec ab executione, ibid.
- 17 Actus duo quando ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari à primo, nec poterit à secundo.
- 18 Iudex Ecclesiasticus reponente attentata virtute decreti Regii Senatus ita mandans, non est qui gravat; sed ipse Senatus, cujus decretum exequitur.
- 19 Actus non attribuitur gerenti, sed mandanti, & ordinanti.
- 20 Leges Regiae in casibus violentiae veniunt ad evitandum fraudes.
- 21 Quod unà vià prohibetur alicui, ad id aliud non debet admitti, ibid.
- 22 Senatus Regius vim non facere iudicem Ecclesiasticum declarat, non admittentem appellatiōnem interpositam à repositione facta virtute alius Regii decreti.
- 23 Appellatio à repositione attentatorum non admittitur quoad suspensivum remissivè.
- 24 Iudex Ecclesiasticus superior adhibitus licet poterit, si visis actibus iustum visum fuerit, revocare repositionem factam ab inferiore virtute Regii Senatus decreti, cum ad hoc impediendum non se extendat.

Appellare posse partem, quae ab huiusmodi repositione, & delatione appellatiōnis censetur gravata, licet videtur, quemadmodum, & alii casibus, quibus

quibus a repositione alicujus articuli sibi est permittum a iure, secundum Rotam in decis. 12. alias 362. sicut auditor de probat. in novis, Caputaquen. 1. part. decis. 265. incidiu iudex repositio. optime declarat Lancel. Robert. de atten. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 14. & supra, a num. 12. cum ipse iudex Ecclesiasticus est, qui reponit, & qui partem ex repositione gravat: ergo, qui potest appellare, maxime quia licet hoc faciat virtute provisionis Regia, nihilominus ipse poterat illud sua sponte facere, quia si non potuisset ipse absque Regio decreto, non etiam potuisset, eo mediante, quia tribunalia Regia imitantur jus, & id praecipunt iudici, quod ipse poterat facere alias sine decreto, & sic haberi debet, ac si ipse fecisset absque provisione Regia, quin pactum accedens ultra statutum, pro quo si tenebatur iam, non immutat qualitate, vel naturam obligationis, l. qui nullum in mand. l. que dubitationis, de regul. jur. testam. C. de testamentis.

Sed contrarium, ut appellatiioni a repositione, quam facit iudex Ecclesiasticus virtute provisionis Regia: sibi intimata, non sit deferendum, verius de iure & stylo esse censui. Et primo quia iudex Ecclesiasticus illud attentatum reponit, quia ita sibi iubetur per tribunal Regium, & eius praepcio asstringitur sub poenarum comminatione, ut supra, cap. 2. diximus late, & ut plurimum contra suam voluntatem id facit, & sic ab eo non potest appellari, quoniam a iudice faciente id, quod praecipit faciendum compelli cogi potest, non licet appellare Collect. Innoc. & Abb. Panormit. e. cum iure, de off. delegati. Aufer. in decis. Tholo. quast. 42. requisitus, idem tenet Rebuffus in commentariis. 2. part. tit. de literis requisitoris, glossa 3. num. 10. ubi dicit, quod a iudice requisito per literas alterius iudicis permittente, ut illa exequantur in sua jurisdictione, non poterit pars ab hac permissione, & consensu appellare, quia iudex requisitus teneatur omnino obtemperare requisitioni iuste factae, & ad id potest compelli per superiorem.

Deinde quia faciens aliquid ad quod necessario poterat compelli, dicitur necessitate coactus facere, tamen si sponte faciat, ut per Decium in consil. 22. l. novissime ff. quod falso tutore. & per eundem pleuillime in cap. cum M. Ferrarief. num. 34. colum. 10. versiculo sed ista differentia de constitutione. Aret. in consil. 24. quatuor dubia. optime Phanuti. in tract. de iuro dotis. gloss. 8. n. 56. fol. mibi 349. in parvis, facit l. velle non creditur, ff. de reg. jur. imo sufficit potentia cogendi, quamvis ad actum coactionis non sit deventum, ut per multa probat Aret. Decius in aut. praeterea, num. 10. vers. finaliter camei, Cod. unde vir. & uxor. Felin. in cap. cum M. Ferrari. col. 11. de constit. Marfil. in l. questionis. num. 20. ff. de questionibus. Menoch. consil. 175. num. 20. Gabriel. consil. 92. num. 5. volum. 1. Roland. a Valle consil. 2. n. 72. vol. 1. Petrus Surdus in tract. de alimentis, tit. 6. quast. 8. n. 60. & idem Surdus in decis. 305. n. 28. cum sequentibus, Gratia. in disceptat. forensi. tom. 2. c. 227. per totum, ad quod est text. in l. novissime, ff. quod falso tutore auctore.

Hinc est, quod facienti aliquid coacte, & contra suam voluntatem, sibi non imputatur: text. in c. 1. c. 2. & c. 3. citans. 32. quast. 5. & est bonus textus in l. cur. a. ff. de numeribus, & honoribus, Bal. in l. eam quam, colum. 8. Cod. de fideicom. idem Bald. in l. si qua illustris, in versiculo quod si mater, C. ad officianum. Hostiens. in c. inimicus, de accusationibus, Bart. in l. post legatum, §. bis vero, in final. verbis, ff. quibus ut indig. Aug. in l. 1. removit, ff. de postibus. Lu. lovent. Romanus con. 252. pro decisione in fin. gl. in c. 3. colum. 2. de furis, Hostiens. in cap. super eo, de usuris, l. 1. C. in quibus causis, colum. 1. lib. 11. Joan. de Anania, & ibi Doctores, Archidiaconus in cap. movetur 12. q. 1. & in cap. si quis iuram. 20. q. 4. Petrus de Ancharrano in cle. 1. de usuris, & Joan. de Imola in cap. debitores, de

jurejurand. Alexand. consilio 1. col. 2. volum. 2. & consil. 107. col. 2. volum. 1. Joan. de Anania. in cap. super eo, de usuris, colum. 2. optime Bald. in Authentica item nulla communis, Cod. de Episcopis, & clericis in fine, idem Joannes de Anania in cap. excommunicationis, colum. penult. de rapto. Oldradus consil. 5. incipit factum tale est quidam Joannes, & Barto. in l. si dicitur, §. si compromisso, ff. de evictio. Innocentius in cap. inter monasterium, de re jud. Joannes de Immol. in l. quidam consulebant, de re judic. Angelus in l. si quis major, circa princ. Cod. de transactio. Alexand. in l. debitoris, in princ. Cod. de patris, Paulus de Castro in l. sui, §. servus, ff. de publica. Angel. in l. quid si fugitivus, in princ. ff. de ad. l. ed. & Bald. in l. 1. Cod. de usufruct. & ibi etiam Bart. Ludovi. Roman. in repetitione l. si verò, §. de viro fallente 54. versiculo 23. probatur, & ff. soluto matrim. Angelus in l. si, §. si propter, ff. de reipublicis, Aretius consil. 87. in praemissa consultatione, & c. circa medium, exactissime, & valde eleganter per Hippolytum de Marfil. in tit. de questionibus, in l. prima, §. praeterea, a num. 11. usque ad num. 35. fol. 31. & sequenti. ubi varia, & in fine concessit exempla, & auctoritates comprobationem nostrae doctrinae omnino videndus, quia omnia conducunt ad propositum. Nonnulla etiam concessit Petrus Surdus decis. 305. n. 28. cum pluribus sequentibus, ergo si iudex Ecclesiasticus coacte reponit, nihil sibi imputatur, & sic nec ab eo debet appellari, juxta Auferium, Rebuffum, & alios ad principium allegatos.

Et insuper evidentiùs probatur, quoniam illa repositio fit in executionem decreti Regii Senatus declarantis vim fieri, ad reponendum juxta l. 36. tit. 5. lib. 2. recopilat. ibi: Mandata traher a las dichas nuestas audiencias el procejo Ecclesiastico originalmente, el qual trabido sin dilacion lo vean, y si por el les constare, que la apelacion esta legitimamente interpuesta, quando la fuerca provean, que el tal juez la otorgue, & c. a quo decreto sicut non potest appellari, nec supplicari, nec alius recursus haberi, juxta l. 35. eodem tit. & l. 1. Avenda. de exequendis mand. cap. 1. n. 32. vers. & quia provisio. 1. p. Gaspar. Rodriguez de annis reddit. lib. 1. q. 17. num. 75. & ibi passim per Doctores, pariter nec poterit appellari ab eius executione, seu executor, ut ibi iudex Ecclesiasticus: ita argumentatur Geminianus in consil. 99. Guido Papae consil. 574. Coeneus consil. 71. l. & in consil. 221. in fine, lib. 4. Aretii in l. 5. in princ. n. 3. circa medium de verborum oblig. Alex. consil. 95. l. 2. Socinus in regul. 26. appeller, & Felinus in cap. quo ad consultationem, n. 14. & 15. de rejudicata. Ruinus consil. 78. n. 2. Socinus Junior consil. 138. n. 6. lib. 3. Gratus responso 16. col. 1. n. 2. Rolandus a Valle consil. 43. n. 3. in princ. Rota decis. 100. l. par. diverforum. Et ratio est, quia ipsa executio plus non gravat, & sic ab ea non appellatur, sicut nec ab actu, a quo emanat, ita hanc rationem reddunt Angel. in l. si cum exceptione, §. haec autem actio, ff. de eo, quod metus causa. Joannes Andreas in additio. ad Speculato. tit. de appellat. §. in quibus, vers. 5. Scaccia de appell. q. 17. lim. 10. num. 12. & num. 6. Felinus in e. quo ad consultationem, de sent. & rejudic. n. 14. post med. Rebuff. in tract. de appell. art. 9. gloss. unice. n. 8. & seq. fol. 507. Rolandus a Valle dicto consil. 43. n. 3. & tenent etiam omnes Doctores mox citati.

Facit etiam elegans illa doctrina, quod quando duo actus ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari a primo, pariter nec poterit appellari a secundo: ita docet Bald. in dicta l. si cum exceptione, §. haec autem actio, Felinus in d. cap. quo ad consultationem, numero 14. ante fin. Sigismundus Scaccia. d. lim. 10. numero 11. Capicis decisione prima, num. 17. & num. 23. Lancelotus Robertus de attentatis, 2. parte, capite 12. limitatione 53. numero 36. Caesar Contardus in repetitione l. unica, Cod. si de moment. limit. 19. num. 16. sed repositio facta per iudicem Ecclesiasticum, venit in executionem decreti Regii, quo

CAPUT V.

Oppressus, qui usus est Regio decreto conditionali (quod pragmatici, tertium genus, vocant) an possit postmodum suam profectui appellationem: & ejus virtute iudex inhiberi inferior, ubi late de natura decreti conditionalis, & in quibus casibus locum habeat.

SUMMARIUM.

- 1 De natura decreti conditionalis, quod vulgo (tertium genus) nominatur, & quomodo concepiatur.
- 2 Decretum hoc conditionale locum habet dumtaxat in iis, qua libera facultati, & potestati iudicis iure relinquuntur.
- 3 Actus reprobat, & a iure iudicis non permittitur, nullatenus potest in Regio decreto conditionaliter apponi.
- 4 Decretum conditionale a Senatu Regio expediri non potest, nisi his casibus, in quibus iuste appellatur, & vimque debeat.
- 5 L. quod iustus, ff. de re judic. & cap. cum cessante de appellat. declaratur.
- 6 Iudex quandoque etiam post decem dies datos ad appellandum potest revocare interlocutoriam, dummodo ante diffinitivam.
- 7 Iudex si sit ordinarius, si sit delegatus, suam interlocutoriam revocare potest.
- 8 & 9. Iudex executor mixtus revocat etiam suam interlocutoriam, & arbitrum.
- 10 Iudex licet non possit actum facere nisi ad petitionem partis potest tamen in invitis, & contradicentibus sententiam interlocutoriam revocare.
- 11 Iudex an possit revocare non solum interlocutoriam, sed etiam ipsam revocationem, seu revocatoriam interlocutoriam.
- 12 Iudex an semel, vel pluries possit sententiam interlocutoriam revocare.
- 13 & 14. Iudex semel, & iterum tantum potest interlocutoriam revocare, & opiniones communes contraria concilianur, & exemplum doctrinae.
- 15 Et ut magis communis opinio resolvatur.
- 16 Illato gravamine per iudicem si ab eo pars appellet, & iudex appellatorem reponat, videtur altera pars gravetur, a tali repositione licite appellatur.
- 17 Doctrina relata procedit, non solum quando iudex expresse revocavit interlocutoriam, sed etiam tacite nempe faciendo actum contrarium.
- 18 & 19. Iudex, si post factam publicationem testium, si tacita parte ante didicita testificata admittat novos testes, censetur revocare publicationem, & idem si post conclusionem admittit iura, censetur revocare conclusionem.
- 20 Provocatio interlocutoria facta a iudice a quo irritat & annullat processum per iudicem ad quem medio tempore factum.
- 21 Decretum conditionale, alias tertium genus potest decerni a Senatu Regio in casibus, quibus iudex Ecclesiasticus potest revocare interlocutoriam, ut in exemplis relatis.
- 22 Condicio, qua iuri repugnat, aut illi consistit, in dispositionibus apponi non patitur, & apposta aut vitiat, vel vitatur.
- 23 Condicio iuri contraria dicitur impossibilis.